



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

48. Exempti an pro solutione decimarum conveniri possint coram
Ordinario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

judicis glo. cap. excommunicavimus §. qui autem de hereticis optime Menoch. de arbitr. iudic. cent. 5. casu 46. n. 53. & seqq. estque id dispositione Concilij Trident. pro indubitato sess. 25. cap. 3. de refor. quod Menoch. explicat non modo in excommunicatione ex causa criminali, sed etiam ex debito civili d. casu 416. n. 54.

QVÆSTIO XLVIII.

Exempti an pro absolutione decimarum conveniri possint coram ordinario.

SUMMARIUM.

1. Exemptus non solvens decimam dicitur delinquere in loco non exempto.

PRO affirmativa, pridem respondit Dominianus à S. Germiniano *conf. 27. incip.* quia punctus iste quem refert Rebuffus de decimis *quæst. 15. num. 18.* ubi inquit quod exemptus non solvens decimam, delinquit in loco non exempto, attento loco in quo debet fieri solutio licet delictum originem sumat in loco exempto: quia quando delictum surgit ex facto negativo, cuius contrarium scilicet factum affirmativum debebat fieri in certo loco non exempto, tunc locus delicti censetur in quo actus ille affirmative explicari debeat, negatio enim cognosci non potest nisi per respectum adhibitum, cum non habeat terminos possibiles *cap. bona i. de elec. cap. quoniam contra de probat. not. Barb. l. libellorum de accusat.* Id quod etiam confirmat Philippus Francus adhibita tamen quadam distinctione in *cap. 2. §. diocesani n. 2. in fin. de decimis in 6.* His verbis, Quod si Ecclesiæ sunt exemptæ & per consequens decimæ dictis Ecclesiis debentur, tunc Diocesanus se non potest intromittere, & ita debet intelligi iste text. & supra de negl. prælat. suppl. cap. sicut. Sed si Ecclesiæ non sunt exemptæ, tunc Diocesanus se intromiscere potest, licet decimæ sint exemptæ, vel Ecclesiæ sint exemptorum, ut hic in 1. parte text. & supra eod. tit. cap. 7. de præbendis. Ita ille. Ne sim fufior, invenio Paponium hanc quæstionem valde copiose disputantem, à quo articuli huius exâmen peti poterit *vide in arrestu lib. 1. tit. 10. des Chevaliers de S. Jean. arresto 5. per tot. ubi late.* Ita tamen ut semper considerari debeat privilegiorum tenor, à quibus totus hic tractatus & dijudicatio dependet *cap. porro de privilegio.*

QVÆ-